

nostri in eorum verbo irrevocabiliter est firmatum, quod idem pater, in totum paternis honus assumens humeris filiale, dux nostre potentie et suis actibus, viribus¹ et illustrium predictorum abbreviato termino, quantum natura permittit aeris et facultas conferre temporis castra metantibus regibus consuevit, usque ad primo futurum festum beati Iohannis Baptiste, eductis signis victricibus aquile et leonis, idem erit in Ytaliā sub felici nostri fortuna nominis aggressurus deo favente et propicio iustis armis ad placandos errores latius antiquatos; et ad recuperationem hereditatis nostre², regni Sicilie, cuius infusa superbia solium inclinavit, ante prefatum terminum nichilominus capitaneum premitendo cum armorum honorabili quantitate ad reformationem nostrorum previa devotorum.

Datum anno domini M^oCC^oLXX^o mense Februario³.

1) Oder 'iuribus' Hs. 2) 'nri' Hs. 3) In einem jüngern Fragment (s. XIV. ex.) dieser Sammelhs. (fol. 113^v I — 114^r I) steht eine etwas abweichende Fassung des von R. Röhrich im N. A. XI, 575—577 herausgegebenen Briefes von Saladin an den Kaiser Friedrich; auch hier fehlt die Jahrzahl. Wie im Wiener Codex ist (S. 576, 32) 'cum mīa' geschrieben, das nicht mit dem Berol. 'cum misericordia' gelesen werden darf, eher mit Woelfflin (Caecilii Balbi de nugis philosophorum p. 32) etwa durch 'cum memoria' wiederzugeben ist. Besonders an einer Stelle scheint die Basler Hs. das Richtigere zu bieten (S. 577, 11 und 12):

Bas.	Berol.	Vindob.
Inde est quod fidelem legatum nostrum, id est archiepiscopum Acharium, virum utique prudentem, veracem, providum et in lege sua pariter de medio sapientum nostrorum consulte elegimus, Acharium quidem, sapientiam et pulchritudinem legis, butahir esmair, ad vos transmittimus . . .	Inde est, quod legatum vestrum, Arcarium quidem, sapientiam et pulchritudinem legis, butair esmair videlicet, et ad vos ipsum transmittimus . . .	Inde quoque fidelem nostrum, sapientem quidem et multitudine legum butair esmair imbutum ad vos transmittimus . . .